

V. Et ne nos inducas in temptationem.

R. Sed libera nos a malo.

V. A porta inferi.

R. Erue, Domine, animas eorum.

V. Requiescant in pace.

R. Amen.

V. Domine, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS

Deus, cuius miseratione animæ fidelium
requiescunt, famulis et famulabus tuis omni-
bus, hic et ubique in Christo quiescentibus,
da propitius veniam peccatorum ; ut a cunctis
reatibus absoluti, tecum sine fine lætentur. Per
Christum Dominum nostrum. R. Amen.

L'Évêque sort ensuite de l'église en bénissant
la foule, et quitte la paroisse au son des cloches.